

24. DISSERTATIO JURIDICA
DE
USU EXIGUO
ACTIONIS AD
PALINODIAM,

Quam-

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO, AC DUCATUS MAGDEB.
GUBERNATORE, RELIQUA
CONSENTIENTE ILLUSTRI FCTORUM ORDINE,
PRÆSIDE

DN. JOHANNE GOTTLIEB
BECKERO,

JURIS UTRIUSQUE DOCTORE,

Fautore ac Præceptore suo venerando

IN AUDITORIO MAJORI
d. Septembr. A. O. R. MDCCVIII.
Horis antemeridianis

Publico Eruditorum Judicio submittit

JOHANNES EHRENFRIED MARTINI,
Grunh. Misn.

HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYR.



DRITTE AUSGABE



PROOEMIUM.



I finem laborum nostrorum,
imprimis vero studiorum,
quæ in academiis non sine cu-
ra ac ærumna sæpius tractan-
tur, inspiciamus, fatendum
nobis erit, omnia eò tendere,
ut in praxin converti, & in Republica aliquando
applicari queant. Accedimus namque ad acade-
mias, tanquam ad mercatus publicos, non solum
ea, quæ ad nos ipsos informandos, atque ad pro-
priam privatamque indigentiam supplendam fa-
ciunt, comparaturi, verum etiam ea, quæ Rei-
publicæ, propter quam potissimum nati sumus,
prodesse possunt. Cum itaque in foris solitissi-
mi esse ac numero fere aliis prævalere soleant
processus injuriarum, imprimis vero haud raro
ab advocatis institui actiones recantatorias, in
usum illarum inquirere constituimus, an is ita in-
signis sit, ut à practicis æstimari consuevit. Quo

A 2 vero

4 CAP. I. DE ACTIONE

vero ordine progrediamur, sequemur hujus dissertatione divisionem, quæ se ipsam in duas partes dividit. Parte I. generalia actionis ad Palinodiam, posteriori vero, de ipsius usu tractatur. Adsit nobis Numen Divinum gratia sua.

DISSERTATIO JURIDICA,
DE
USU EXIGUO ACTIONIS
AD PALINODIAM.

CAP. I.

De,

ACTIONE AD PALINODIAM
IN GENERE.

S U M M A R I A.

PAlinodia unde dicatur. §. I. Divisiones communes actionis ad Palinodiam. §. II. Alia definitio. §. III. Ob in juriis vel civiliter vel criminaliter agitur. §. IV. Actio ad Palinodiam est remedium singulare. §. V. Differt à declaratione honoris. §. VI. Declaratio sit vel simpliciter vel per juramentum. §. VII. Differt à Deprecatione Palinodia. §. VIII. Origio actionis ad Palinodiam, §. IX. Quando locum habeat?

§. X. Requiritur ut sit atrox injuria. §. XI. Quenam sit atrox injuria? §. XII. Non locum habet si crimen objectum sit verum. §. XIII. Datur etiam ob famosum libellum. §. XIV. Qui banc actionem instituere possint? §. XV. Adversus quos detur? §. XVI. Datur etiam contra Magistratus & Clericos. §. XVII. An hæc actio sit criminalis? §. XVIII. An sit Civilis? §. XIX. An sit rei persecutoria? §. XX. Injuriæ alterius famam non laedunt.

AD PALINODIAM IN GENERE.

ledunt. §. XXI. An sit pena- bus injuriati? §. XXIV. An
lis? §. XXII. An detur con- sit perpetua, an annalis? §.
tra heredes injuriantis? §. XXV. An sit famosa? §.
XXIII. An competit heredi- XXVI.

§. I.



Crionem ad παλινοδίαν dici ab adverbio
 $\pi\acute{\alpha}\lambda\mu$, quod nobis significat rursus, iterū,
& à verbo ὁδή cantus, & idem esse ac
actionem revocatoriam, recantatoriam
seu ad recantationem, constat.

§. II.

Definitionem hujus actionis quod attinet, plurimi
Doctores imo fere omnes, actionem ad palinodiam ita
definiunt, quod sit actio quæ datur injuriato adversus
injuriantem, ad revocationem & reclamationem, ut sc.
verba famosa reclamet, & injustè eadem à se prolata fa-
teatur, læsamque quodammodo existimationem ac fa-
mam aperte injuriato restituat. Magnif. Dn. Hopp. ad
§. 7. J. de Injur. Carpz. pract. crim. p. 2. qv. 94. n. 13. Et
eodem modo Lauterb. in Dissert. de action. injur. recan-
tator. Est actio Civilis, personalis, rei persecutoria, quam
is cui factum aliquod turpe animo injuriandi objectum
est, contra injuriantem intendit, ut dicta famosa recla-
met, & à se injuste prolata fateatur, læsamque quodam-
modo existimationem actori aperte restituat. Nec non
Philipp. in Usu pract. Inst. Lib. IV. ecclig. 22. n. 5.

§. III.

Etsi definitiones hæ sint communes, quæ actionem
hanc tendere ad reclamationem, & ad læsæ famæ resti-
tutionem asserunt, placet tamen aliis ex rationibus in-

A 3 ferius

6 DE ACTIONE AD

ferius adducendis eas negligere, & actionem ad Palinodiam definire, quod sit actio penalis competens injurato adversus injuriantem, ut verba injuriaſa reclamet ac ita palam se mendacium dixisse, in os mentitum esse, & injuste à ſe injurias prolatas, profiteatur.

§. IV.

Vindicantur injuriæ remediis vel privatis, vel publicis. Ibi injuriam paſſus certa pecuniaſe ſumma in libello æſtimat iniuriam, eamque ſibi applicari petit. §. 7. *Inſt. de Injur.* in criminali vero injuriatus rogar, ut vel pecuna corporalis vel mulcta, fisco aut ecclieſa inferenda, reo irrogetur, §. 10. *Inſt. eod.*

§. V.

Ab utraque diſſert actio ad Palinodiam, qua neque ad æſtimationem injuriæ actori applicandam, neque ad Poenam fisco præſtandam, ſed ad ſatisfactionem privatam tendit, ut patet ex formula Palinodiae: Ich Titius beſenne hiemit öffentlich/ daß ich an alle denjenigen/ ſo ich Sempronio ehrenföhrig nachgeredet/ zuviel und unrecht gethan / und demſelben nichts anders/ als was zu Ehren dienet/ und einem ehrlichen Mann woſt anſtehet/ und geſiemet/ nachzusagen weiß. Thue derowegen hiemit ſolches alles öffentlich revociren/ und wieder ruffen/ vid. Olear. in ſeiner Persianiſchen Reife-Befchreibung part. 3. fol. 543. Solet inſuper injuriants in loco publico, regulariter in Judicio injurias revocare, & quidem in propria perſona, non per procuratorem Berlich p. 5. concil. 62. n. 33. & 34. certis ex conſuetudine locorum adhibitis folennitatibus, nimirum ut propria manu os ſuum percutiat; alicubi reus face ardente manu comprehenſa rei, nudis pedibus & induſio corpori advoluto veniam proclamare debet injuriato, ut de Batavis teſtatur Perez. ad C. tit. de inſur. n. 21.

§. VI.

§. VI.

Nec est hæc actio unum idemque cum deprecatio-
ne vel declaratio honoris, sed quoque ab his separata.
Declaratio honoris enim eine Ehren-Erklärung est, ubi reus
se declarat quomodo verba prolata accipi velit, afferens:
dass er nichts als alles liebes und gutes zu reden wüste / & locum
habet cum dubium est, an verba sint injuriosa vel contu-
meliosa, & in proferente animus injuriandi appareat, ve-
luti si quis ad declarationem condemnatus dixerit: dass
er Kl. einen Schelmen geschlossen/ wäre war/ dass er ein ehrlie-
cher Mann wäre/ müste er bekennen. Imo & in ejusmodica-
su, qualem refert Obrecht in not. ad Grot. lib. 2. c. 17. §. 22.
locum habere putarem, ubi defensor rei, actore, cui reus
aurem dissecaverat, aestimatorie agente, damnumque
nimis taxante, dixerat: Man solte nur betrachten/ es habe in
der Theurung zu Samaria ein ganzer Esels-Röpff nicht so viel
gegolten.

§. VII.

Solet hæc declaratio vel simpliciter fieri, vel etiam
per juramentum purgatorium, in quo tamen deferen-
do iudex circumspectus sit ac providus, considerando
personam, locum & tempus, à quo, ubi & quando injuria
facta sit arg. L. padius ff. de incend. ruin. naufrag. L. aut facta
§. personaff. de pen. c. ex tuarum 8. X. de purgat. Canon. L.
ult. §. 4. C. de bis qui ad eccles. confug. neutiquam enim fa-
tis est, ut quis dicat simpliciter se animum injuriandi
non habuisse, sed præsumptione aliqua firmando est af-
fertio, priusquam ad juramentum purgatorium de-
scendatur. Carpz. p. 4. C. Const. 42. def. 9.

§. IX.

Deprecatio vero est, quando injurians injurias illa-
tas deprecatur, locumque habet in conviciis levioribus,
cum

cum injurato ea improperantur, quæ crimen magnum non sapiunt, vel eo modo sit improperatio, ut adsit quædam injuriantis excusatio, vel levior injuria. Mev. p. 3. def. 30. Videtur hæc deprecatio quodammodo cum palinodia convenire, cum veniam petens non minus illatam injuriam revocet, ac is, qui exprefse palinodiam præstat, eo ipso enim dum deprecatur, se injuste fecisse ac mendacium dixisse fatetur, quod non dictum à se velit, verum opinione vulgi, pro longe majori pena habetur recantatio, quam deprecatio, utpote quæ famosa non est, nec rei famam ullatenus lœdit. Carpz. pract. crim. p. 2. qu. 94.

n. 18.

§. IX.

Palinodiam à jure Romano alienam esse, nec de ipsa iusta quidem extare constat. Imo ipsis compilatoribus Juris Saxonici prorsus incognitam fuisse probat Carpz. p. 4. Conf. 42. def. 16. n. 50. Est vero consuetudine generali totius fere germanie introducta, in ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. und sonderlich sezen &c. Jod. Damh. in pr. rer. cr. c. 13. n. 1. Schrad. de Feud. p. 9. pr. p. 2. sect. 6. n. 51. & surrogata in locum aestimationis injuriarum, per quam honestri ac famæ suæ viri honestatem amantes, haud satis prospectum aestimavere, prout attestantur Herm. Vultej. in §. pena autem 7. n. 6. vers. juri civili scripto in cognita. Inst. de injur. & in jurispr. Rom. c. 19. n. 53. Didac. Covarr. lib. 1. variar. resolut. c. 11. n. 4. Joh. Harpr. in §. in summo 10. n. 6. n. Inst. de injur. Communiter autem ad Friderici III. Imperatoris tempora ortum ejus referunt, teste Blarer. ad L. diffamari C. de ingen. manum: in arg. leg. n. 4. Coram quo ea prima vice ventilata, inque ea ad publicam injuriorum verborum recantationem sententia lata esse dicitur,

PALINODIAM IN GENERE.

citur, quo publicæ solennisque reclamationis metu, homines ab injuriis & conviciis deterrentur; generali postea eaque in perpetuum valitura lege, actio hæc in nostris judiciis introducta, ac illi plenissimum constitutionis robur a spiciois gloriosissimi Imperatoris Caroli V. additum. vid. nov. Imp. cam. ordin. p. 2. tit. 28. §. und sonderlich sezen. & Recess. Imp. de Ao. 1530. §. item als jetzt etliche zeither. quibus acceſſerunt postea speciales statuum quorundam constitutiones, utpote Seren. Elect. Saxon. quam exhibet Carpz. p. 4. Conſt. 42. aliorumque. Et licet Müller. in not. ad Struv. Exercit. 48. ib. 68. actionem hanc jure Canon. non esse incognitam afferat, hocque ex cap. 1. X. de libell. oblat. probare conetur, videbunt tamen ii facili cura, qui hunc textum inspicere non gravabuntur, nihil ibi de actione ad palinodiam, sed tantum de libello in scriptis ab auctore offerendo agi, nec hoc unicum illud verbum *reclamationis* evincit.

§. X.

Sed cum Actio ad Palinodiam sit remedium singulare, quando habebit locum? Injuriae sunt vel reales vel verbales, propter illas illatas hac actione agi non posse, per se patet, imo licet gravissimæ fuerint, & quamvis non prolevi injuria haberí soleat, si pudicitia alicujus virginis vel honestæ foeminæ attentetur, ut etiam gallo cuidam, quod per vim osculatus fuerat mulierem nuptam, poenam gladii fuisse dictatam, & executioni mandatam, referat Ludov. à Peguerra quest. crim. qu. 17. c. 1. n. 9. huic actioni tamen, cum facta revocari nequeant, locus non erit. Intentatur igitur si injuria verbalis illata; verbalis autem injuria dicitur, cum verba contumeliosa in aliquem pronunciantur, quo ejus opinio ac existimatio

B

dimi-

diminuatur, affectu injuriandi; quod & convicium appellari solet, *L. item apud 15. §. 3. & seqq. ff. de injur.* *L. si non convictiss. L. qui liberos 9. & seqq. C. eod. Joh. Harpr. §. 7. n. 25. Inst. eod. Bertran. lib. 5. Conf. 131. & lib. 6. Conf. 189. Covarr. concl. 145. Carpz. pr. Crim. p. 2. qu. 94. n. 3. ibique cit. auctor.* Nec quævis injuria verbalis sufficit, sed atrox sit requiritur. Ob ea enim quæ famæ læsionem non respi- ciunt, velut si corporis aliquod vitium obiectum sit, non agitur ad Palinodiam, sed ad depreciationm; Nam obiecta ita se habent aut non, si prius, non poterit recantare reus, cum non possit se ipsum mendacii arguere, quod verum dixerit. Prosper. Farinac. in pract. crim. p. 3. qu. 105. n. 74. si posterius, ad quid proderit injuriato recantatio, cum per se pateat injuriantem falsa protulisse.

§. XI.

Atrocem injuriam requiri diximus, nec interest sine scriptis, seu viva voce, an vero in scriptis fiat, modo de animo injuriandi constet, quia sine dolo & animo injuriandi injuria non committitur §. 11. I. de Injur. L. §. 9. ff. eod. ac omnium injuriarum præcipuum fundamentum & requi- situm substantiale est animus injuriandi, ut probatur ex *L. 3. §. 1. & L. 4. de injur. 1. 34. pr. de O. & A. L. 33. ff. de Injur. Gail. lib. 2. Obs. 99. n. 5. qui præsumitur si verba per se sint injuriosa.* Quæ vero atrox dicatur injuria, ex moribus regionis dijudicandum. Sic Parlad. *rer. quotidian.* lib. 1. c. 1. n. 23. negat in Hispania ei in injuriam inferri, qui dicitur lue venerea laborare. vid. Sutholt. *Diff. 16. ad Inst. §. 53.* Præprimis vero consideranda persona, & aliae circum- stantiæ, quo de atrocitate iniuriæ eo melius constare possit.

XII.

§. XII.

Pro injuria atroci habendum putarem, si quis dixerit se conjugem alterius, vel virginem aut viduam carnaliter cognovisse; nec non mulierem de adulterio aut stupro maritum vel juvenem inculpans, actione ad palinodiam conveniri posse. Et licet priori casu gloriator non tam ex proæresi mulierum atque virginum famam ac existimationem lædendi, quam ex inani quadam jaetantia se peccasse dicat, quo ab aliis habeatur talis, quem ultro virgines & mulieres appetant; Cum tamen per hanc diffamationem mulieribus & virginibus honestis gravissima inferatur injuria, ad recantationem injuriarum agi posse, non dubitandum, prout quoque fancivit Sereniss. Saxon. Elect. *Const. 45.* Posteriori vero, cum adsit ratio identitatis, quæ idem jus facit, et si *Const. Elect. 45.* nihil de hoc disposuerit, idem obtinebit. Panorm. *in c. quoniam frequenter 5. X. ut lite non contes. n. 6.* Bald. *in L. quoniam intelligitur 5. n. 4. vers. nam cum procedit ff. de bis qui not. infam.* Simile de eo dicendum si quis foeminam vel virum honestum, matrem vel patrem spurii dixerit. Nec non si quis injuriā ab altero auditam proferat, divulget atque propalet. arg. *L. un. C. de fam. Libel.* quo de causa recte dicitur; wehrmañ haben hilft nicht; Cum pessimum & perniciosissimum calumniandi sit genus, crimen de aliquo auditum disseminare eumque ex garrulitatis vito lædere Harpr. *ad. §. 1. Inst. de injur. n. 129.* Menoch. *de arbit. jud. quæst. lib. 2. cent. 4. cas. 321. n. 20.* Carpz. *p. 4. Const. 42. def. 5.* Berlich. *n. 5. Concl. 65. p. ult.* Lauterb. *in cit. Diff. tb. 24.*

§. XIII.

Sed quid si injurians offerat objecti criminis acin-

B 2

ju-

juriæ probationem? Resp. et si injuriantem veritas illa minime excusat, prout Constitutum à Carolo V. in ordin. crim. art. 110. his verbis: Und ob sich auch gleich die aufgezeigt: Schmach der zugemessenen That in der warheit erfunde/foll dennoch der Anrüster nach vermöge der Rechte / und Ermäßigung des Richters gestrafet werden/ palinodiæ tamen locus non erit, in omnibus enim sententiis condemnatoriis, in quibus reo palinodia injungitur, quasi pro ratione decidendi allegatur: daß der Injuriant nichts von den vorgeworfenen Injuriien beweisen könne/ prout videre licet ex præjudiciis quæ exhibet Kettler in Decis. Ostfris. cent. 1. Decis. 67. n. 15. 17. 19. facit hoc quoque Constitutio Elecȝ. Sax. 42. p. 4. verb. sezen/wollen/ und ordnen/ daß ein teglicher ic. dem beschwehrten und injurierten theile nach beständung der Unschuld / ehen öffentlichen Wiederruff vor Gerichte zu thun schuldig. Si igitur de innocentia non appareat, sed potius de veritate objecti criminis vel injuriæ constet, injuriatus ad recantationem non tenetur. Berlich. p. 5. concl. 62. n. 24. Imo ridiculum sane foret, nec cum formulis recantationis conveniret, ubi injuriantes se ipsos mendaces profitentur, evomitasque injurias tanquam fictas & commentitias rursus se devorare dicunt, si prolata veritati consentanea fuissent: Prosp. Farinac. in pr. rer. 1. crim. p. 3. qu. 105. n. 74. Brunnem. ad Leg. 21. ff. de injur. n. 5.

§. XIV.

Poterit etiam ob famosum libellum hæc actio instiui; nec obstat quod speciale Actori hoc casu competat remedium, nempe famosi libelli actio, quemadmodum enim unius positio non est alterius exclusio, ita quoque liberum est actori, omissa famosi libelli actione ad

ad actionem recantatoriam confugere. Carpz. p. 2. qu.
98. n. 47.

§. XV.

Competit hæc actio omnibus quibus atrox injuria illata; excludunt tamen personas viles atque turpes juris vel facti in famia laborantes, tot. tit. ff. de his qui non infam. quorundam forsan spectant Lectores, excoriatores, carnifices, cum hi famam non habere dicantur, & itaque eam amittere nequeant, ad palinodiam non agunt; nec male hoc ex L. 29. C. ad L. Jul. de Adult. referre licebit famulas cauponarum, quæ intemperantiae vina potantibus præbent, sicuti enim in has nec stuprum nec adulterium committitur, cum vita vilitas eas LL. observatione indignas reddat, ita nec injuriis atrocibus affici, & hincad palinodiam nec agere poterunt. vid. Brun. ad hanc L. n. 5. Denegatur quoque bannitis imperii, adulteris, ac ejusmodi farinæ aliis hominibus vid. L. 22. §. 3. ff. ad L. Jul. de Adult. add. ordin. cam. p. 2. tit. 9. §. So jemand/ Struv. de vindict. privat. thes. si. vid. Engelbrecht in Dissert. de act. ad palinod. thes. 32.

§. XVI.

Non tamen ratione injuriantis differentia querenda, personarum enim nullus hoc in loco habet respetus, ac nihil interest utrum illi qui injuriam intulerunt sint Nobiles an ignobiles, & inferioris sortis homines, sed quicunque dolose verbis in se & sua natura, ut & moribus locorum injuriosis aliquem prosciderit, contra eum datur actio ad palinodiam; agitur hic namque ad interesse partis offensæ Carpz. Prac. Crim. p. 2. qu. 96. n. 13. Berlich p. 5. conclus. 62. n. 30. & 32. frustra contrarium adstruentibus, Ignat Lopez, in pract. crim. can. c. 20. n. 7. Co-

B 3

var-

varruv. lib. 2. variar. resolut. c. 9. n. 5. & seqq. Tiraquell.
de Nobilit. c. 20. n. 108. ibi. Nobiles. Firmat asserta nostra
praejudicio Cromerus lib. 15. hislor. Polon. ita scribens: In
Polonia lites & similitates inter Regem Uladislaum &
Reginam Hedwigin suspicionibus ac delationibus susur-
ronum quorundam excitatae, ut non longe essent à dis-
fidio, ni Primores intercessissent. Convenit tandem, ut
delatores utrinque ederentur. Editus Gnevoffius Da-
lewicius, Sub-Camerarius Cracoviensis, qui sanctissi-
mam foeminam Hedwigin, Reginam, clam apud Ma-
ritum Regem probrii simulaverat, quod diceret, absen-
te illo Guilielmum Austrium secreto Cracoviam venif-
fe & aliquot diebus cum Reginam consuevit. Qua de-
re satis fecit Reginam Regi jure jurando. Cæterum in
Gnevoffium judicium de infamia Vislicie in conventu
procerum institutum est, ubi accusatus, damnatusque,
cum non probasset, quæ dixerat, nec dixisse se negare
posset, ex decreto judicii se mentitum esse, clara voce
& latratu subter sciamnum edito, professus est.

§. XVII.

Datur quoque ex ratione modo adducta contra
Magistratus, si officii sui limites excesserint, & injuriosis
verbis aliquem oneraverint L. 13. §. 6. ff. de injur. Wefen-
bec. in π. ff. eod. tit. n. 5. Harppr. in §. 11. Inst. b. t. n. 61.
& 62. quod optime approbat Constitut. Elector. Sax. 42. p.
4. in verb. daß ein jeglicher / wer der auch wäre &c. ex
quo simul patet nec clericos seu ecclesiæ ministros ex-
emptos esse, quando ex privato affectu, neglectis ad-
monitionis gradibus è sacra cathedra sæpe injuriosis at-
que atrocibus verbis aliquem vel expresse nominant, vel
vivis coloribus ita depingunt, ut omnes quis ille sit, in-
tel-

telligent, vid. *Recess. Imper. de Ad. 1530.* §. Wir haben verf.
 Die Prediger sollen sich Schändens und Schmähens
 enthalten. Habent hic equidem Clerici suos defensores
 Prosp. Farinac. in pr. cr. p. 3. qu. 105. n. 75. ibi. in Cle-
 rico Salgad. de Samozam de Rege' protect. p. 2. c. 4. n. 171.
 Berlich p. 5. concl. 62. n. 22. Boér. *Conf. 4. n. 40.* qui asserta
 sua per c. *Clericus maledicus.* s. *Diss. 46.* stabilire conantur,
 ubi Clerici poenam suam statutam jam habent, nempe
 quod teneantur ad postulandam veniam, verum ratio-
 nes ipsorum infirmo admodum nituntur fundamento,
 textus enim citatus loquitur de Clerico maledico non
 injuriante. vid. plur. Hartung in *Diss. de action. ad Palinod.*
tb. 37. Jam vero nullibi reperitur Clericis licentia inju-
 riandi concessa, & hinc quoque ut alii Laici hac actione
 conveniri poterunt, si evidenter de injuriandi animo,
 & dolo malo constet arg. l. 15. §. 2. & 5. ff. *de injur.* vjd.
Harppr. ad §. 11. Inst. b. t. n. 32. & seqq. Carpz. pr. cr. p. 2.
qu. 96. n. 12. & 19. Lauterb. *cir. Diss. tb. 25.*

§. XIX.

Controvertitur inter Dd. pro qua actio ad Palinodiam sit habenda, an pro Civili an criminali actione. Criminalem esse contendunt Paris. de Puteo in *tract. de Syndicat. verb. compositio.* Maranth. de *ordinat. judic.* p. 4. *distingt. 1. n. 10. seqq.* Jac. Blum. in *process. camer. tit. 43. n. 7.* Anton. Matth. *ad ff. Lib. 47. tit. 4. c. 4. n. 1.* Alii mixtam hanc actionem, ex criminali & Civili defendunt, inter quos præcipue eminet Schilter *ad Inst. lib. 4. tit. 4. tb. 6.*

§. XIX.

Alii denique civilem volunt, quæ communis fere
 & recepta est DD. sententia Theodoric. in *Colleg. crim. disp.*

disp. 2. th. 20. lit. D. n. 13. Perez. ad C. tit. de Injur. n. 22. Richt.
Conf. 357. n. 5. Carpzi. p. 2. qu. 94. n. 50 Brunneim. ad rubric. ff.
de injur. & ad L. 21. n. 5. eod. Mev. p. 3. Decif. 33. n. 2. Kettler in
Decif. Ostfris. cent. I. Dec. 66. n. 20. quam his firmant ratio-
nibus (1) quod non tendat ad vindictam magistratus pu-
blicam, non ad poenam corporalem, vel similem, nec pe-
cuniam fisco applicandam, quod tamen finis est judicio-
rum criminalium Gloss. in L. prætor 3. & ibi Bartol. ff. de se-
pulcbr. viol. Mynsing. cent. 2. obf. 98. n. 2. Harppr. ad §. 10.
Inst. de injur. n. 64. & 65. Welenbec. conf. 22. n. 18. & in π
ff. de inj. n. 18. Vultej. jurispr. Rom. lib. 2. c. 19. n. 53. & in §. 7.
Inst. de injur. n. 6. Franzk. in Exercit. Jurid. Exercit. 12.
queſt. 8. n. 7. Treutler. vol. 2. disp. 30. sub theſ. ult. & ibi Ba-
chov. Besold. in theſaur. præct. lit. W. n. 43. Vinnius in Comm.
ad §. 10. Inst. de injur. n. 1. Ludwel. diff. 15. th. 7. lit. B. Sutholt.
diff. 16. aphor. 64. & ibi Schröter in not. Sed ad privatum
detur intereſſe partis §. 20. Inst. de injur. (2) quod in cri-
minalibus judiciis, vel ad crimen perſequendum, vel ad
defendendum regulariter procuratoſ intervenire prohibi-
beatur L. penult. §. uit. ff. de publ. Jud. quaē tamen fecus ſe
habent in reclamatoris injuriarum, teste Mynsing. cent. 2.
obf. 98. accedit (3) quod in Imper. Cam. nulla criminalis
accusatio admittatur, excepta condicione ex constitu-
tione pacis publicæ, cum tamen actio reclamatoria ibi ad-
mittatur Mynsing. cit. loc. Quam opinionem nos que-
que aliis præferendam, & hanc actionem civilē effe pu-
tamus, licet non in omnibus cum communi Dd. schola
conveniamus.

§. XX.

Actionem ad Palinodiam, ut ex definitionibus §. 2.
 allatis patet, rei persecutoriam effe, fere omnes Dd. con-
 tendunt, cum fama læſa injuriato per hanc revocatio-
 nem restituatur, & quoniam hac actione persequimur id
 quod

quod nobis abest, nimurum famam nostram vel existimationem, quam per injurias quodammodo læsam restitui petimus Carpz. pr. cr. p. 2. qu. 94. n. 13. est enim fama summum patrimonium, cuius damna sunt majora, quam ut aestimari queant, cum omnia ornamenta, omnis splendor, & omnis omnino dignitas ab hac dependeant, nihilque insatiabilibus parandum prospera sui memoria Tacit. Lib. 4. annal. Imò crudelis est qui famam negligit c. non sunt audiendi 11. qu. 3. & c. nolo 12. qu. 1. honore & vita hominis à pari procedunt, ita ut non minori cura & studio honoris atq; famæ integritas nobis quam vita ipsa cordi esse debeat L. 8. §. 2. ff. quod met. caus. L. 9. ff. de manumiss. vind.

§. XXI.

Noto notius equidem est famam vere per injurias hominum lædi non posse L. 3. C. de Injur. L. un. C. de fam. libel. cum acquiratur conservetur ac defendatur sola & unica virtute, vitæ integritate ac morum probitate, & nonnisi propriis conviciis & actibus in honestis amittatur L. 13. §. 2. de Re milit. L. 1. vers. qui pro socio. L. 6. §. 2. de bis qui not. infam. L. 5. §. 1. ff. de extraord. cognit. Quoniam tamen vulgi opinione fama per illatas injurias aliquo modo violata reputatur, ut illa purgetur, hac actione ad apparenter amissæ vel læsæ famæ restitutionem & redintegrationem agitur Lauterb. in Diffr. de action. injur. re-cantat. th. 28. revera enim prout modo dictum, per injuriam nihil ablatum, & sic etiam nihil restituitur, sed indulgendum fuit opinioni hominum, ut fama putative ablatæ vel imminuta hoc putativo remedio reparetur. Illustris Dn. Stryk. in not. ad Lauterb. p. 998.

§. XXII.

Non desunt qui actionem hanc poenalem afferunt;

C

cum

cum per eam revera nihil nisi vindicta, quæ dulcis solet esse injuria affectis & iratis, queratur, verum cum per hanc ipsam actionem neque poena fisco vel ecclesiae, neque auctori applicanda reo irrogetur, dubito an ad penales referri possit, liceat itaque absque præjudicio aliter sententium communem sequi opinionem, atque rei persecutoriis accensere.

§. XXII.

Non autem dubitandum putamus actionem ad Polinodium non dari adversus heredes. Distinguunt equidem Dd. an lis contestata sit an non; quo priori casu adversus heredes dari volunt, secus ac posteriori. Verum recte Hartung. *in cit. diss. contrarium cum Carpz. p. 4. Conf. 42. def. 13. & pr. crim. p. 2. qu. 96. n. 13.* defendit, quod & præjudicio firmat Richter *Conf. 357. n. 23. Mev. p. 2. dec. 136.* Kettler *in decis. Ostfris. cent. 1. dec. 68. n. 24.* Si ve enim lis contestata fuerit sive non, actio ad Palinodium nequaquam in heredes rei conventi & defuncti transit, Anton. Gomez. *tom. 3. resolut. 1. n. 81. & 83.* Schneidew. *in §. non autem 1. n. 2. Inst. de perpet. & tempor. action. Carpz. p. 4. Conf. 42. def. 13.* ubi hoc præjudicio firmat, accedit his quod nihil ex hoc delicto ad heredem pervenerit; Imo recantatio est actus personalissimus, tale vero quid ad heredes non transit, hinc quis injurias recantare nequit, quas ipse non intulit. Illustris Dn. Stryk. *in not. ad Lauterb. p. 999.* Harpr. *ad §. 12. Inst. de injur. n. 68.*

§. XXIV.

Imo nequidem ad haeredes injuriati transit, licet hic vicissim distinguant Dd. an lis ante mortem injuriati contestata fuerit an non, seu secundum observantiam Cam. Imperial, an citatio jam tum reo insinuata an non. Harpr. *ad*

AD PALINODIAM IN GENERE

19

ad §. fin. Inst. de Injur. n. 97. Dn. Lynker ad Struv. tit. de Injur. n. 62. siinjuriatus post litem contestatam, aut citationis insinuationem diem obierit, heredem litem persequi, & injuriantem ad palinodiam adigere posse. Cum regulatius post litem contestatam actiones in heredes trans-eant §. I. J. de perpet. & tempor. act. L. 58 ff. de O. & A. L. 139. de R. J. Carpz. pr. crim. p. 2. qu. 96. n. 26. & p. 4. conf. 42. D. 12. uti pro hac Sententia Judicatum refert Ketler in Decis. Ostfris. cent. I. Dec. 68. n. 26. sin contra, contrarium obtine-re. Quamvis Lauterb. in Comp. ff. p. 669. & in Dissert. de Act. injur. recant. thes. 25. indistincte heredibus Actionem ad palinodiam adversus injuriantem competere statuat; verius tamen hanc actionem tam morte injuriantis, quam injuriati tolli, priamus, cum enim sit ex delicto, heredibus non competere potest, quod nihil ex patrimonio illis absit, Illustris Dn. Stryk. in Not. ad Lauterb. p. 999. Imo nec illis injuryia illata, cumque actio haec quodammodo vindictam sapiat, hanc vero defunctus deposituisse, nec cupidus vindictae deceffisse presumatur, merito heredi-bus deneganda.

§. XXV.

Durationem hujus actionis quod attinet, licet inter JCros non conveniat & quidam sint qui eam perpetuam existimant; verior tamen & communior videtur illa opinio qua recantatoriam non minus quam aliam injuriarum actionem annalem statuit. 1) eam generalis est de actione injuriarum constitutio, quod ipsi anno prescribatur Carpz. p. 4. Conf. 46. Def. 1. Nec nullibi ab ea recantatoria per Legem excepta reperitur. 2) jus ci-vile non exceptit nisi tres species, in quibus ex L. Cornelia vindicatur injuryia, qua triplex exceptio regulam in casi-

C 2 bus

bus non exceptis firmat; legis generalis definitio namque observanda est, ubi non constat ex alia lege de exceptione.
Dd. in L. 1. ff. de R. f. 3) ratio non appetet cur illa actio diutius compitere debeat, ratio enim quæ alias injuriarum actiones fecit annales, nempe quod odiosæ sint & ad vindictam tendant, in recantatoria simul occurrit. 4) cum sit surrogata in locum æstimatoriae actionis, idem circa illam jus servabitur. Ad stipulatur opinioni nostra Engelbrecht *cit. at. dissert. tb. 67.* quod & jure Saxon. verissimum esse testatur Carpz. p. 4. cons. 46. Def. 1. quin in tribunalii Wismariensi in actione hac annalem præscriptionem receptam esse testis locuples est. *Mev. p. 5. Decis. 368. cons. L. 5. C. de injur. L. 47. §. 6. in fin. ff. eod. Gail. lib. 2. obf. 105. n. 1.*

§. XXVI.

Quæri hic etiam solet an ad palinodiam condemnatus fiat in famis. Negat hoc Wesenb. *cons. 22. n. 25. ibi: id que hoc magis Eckolt. ad ff. tit. de injur. §. 27.* Carpz. p. 2. qu. 94. n. 65. ratione addita, quod palinodia juri scripto sit incognita Lauterb. *in comp. ff. p. 669.* à moribus & constitutionibus introducta; quod non tendat ad vindictam, sed ad rei persecutionem, quæ actiones non facile infamant. Verum hæ rationes nobis videntur in sufficienes, & contrarium potius ob superius adducta statuendum; quibus & accedit, quod minus sit honorificum injurias publice revocare, ac se ipsum hoc modo publice mendacii arguere, quod patet ex formula palinodiæ §. 5. exhibita; sic quoque actio ad palinodiam est species actionum injuriarum quæ sunt famosæ; imo ipse Lauterb. *ex Gail. lib. 1. Observ. 65. n. 6.* attestatur in Camera famam hic semper reservari his verbis: daß Beklagter Klägern einen öffentlichen Wiederruf vor Gericht ledig seiner Ehren un-

unschädlich zu thun schuldig. Quid vero opus esset famam reservare, si actio famosa non esset? In foro Saxonico res expedita est propter Rescriptum Elector de anno 1637, ubi verba hæc expressa habentur: nicht ohne Verkleinerung des wiederruffenden theils/ quod & extra Saxoniam verum putant Mynsing, cent. 2. obs. 98. in fin. Prosp. Farinac. p. 3. oper. crim. qu. 205. n. 61. Berlich. p. 5. concl. 63. n. 1. & seqq. Hahn. ad parat. Wesenb. ff. de injuriis. D. 18. p. 715. in fin. p. 2.

CAP. II.

De,

USU EXIGUO ACTIONIS AD PA-
LINODIAM.

S U M M A R I A.

Non ex petitis actorum usus actionis ad Palinodiam aſtmandus §. I. Nec ex uno vel altero prejudicio §. II. Partes actoris in actione ad Palinodium sunt difficultes §. III. Formula Libelli actionis ad Palinodium §. IV. tenetur probare actor alterius animum malitiosum §. V. Ad quid judici hic respicendum? §. VI. Evitatur Palinodia per declarationem honoris, ante viitem contestatam factam §. VII. requisita declarationis §. VIII Arbitrium judicis in puniendis injuriis multum valet. §. IX. tollit retorsio palinodiam §. X. & probatio criminis objecti §. XI. Usus palinodie exiguis §. XII. Objectio removetur §. XIII. Poteſt reus preter declarationem adhuc puniri §. XIV. Conclusio §. XV.

§. I.

Præmisſis jam generalioribus, inquirendum nunc in usum actionis ad Palinodiam. Negare equidem non possumus in foris frequentissime, imo etiam ob levissimas injurias ex corrupta humani generis na-

C ,

tura

tura vindictam adversus inimicos spirante, ipsam institui, sed quemadmodum actor non semper consequitur in judicio quod desiderat, ita quoque hujus actionis usus non ex petitis advocatorum, & ex eo aestimandus, quod actores saepe ad palinodiam agere soleant, sed ex sententia judicium, an hi petitis actorum deferentes, injuriantes ad palinodiam seu recantationem condemnent.

§. II.

Nec inficias ibimus, adesse praejudicia, quibus demonstrari possit reos ad palinodiam ad petitionem actoris esse condemnatos; Quemadmodum enim una hirundo, ut dici solet, non facit ver, ita ex uno vel altero praejudicio usus insignis alicujus actionis probari nequit. Adsunt exempla ubi fures in duplum sunt condemnati, exinde vero inferre velle actionem furti in duplum moribus hodiernis in magno usu esse, iniquum foret; Dubito quin quis docere possit per integrum seculum in aliquo judicio quinque vicibus sententiam ad palinodiam fuisse latam, Judices enim probe observantes actorum insaniam, animumque vindictæ cupidum eorum qui ad palinodiam agunt; peritis ipsorum raro merito deferunt, sed palinodiam vel in deprecationem vel declarationem honoris convertunt.

§. III.

Sunt præterea admodum hic difficiles actoris partes; Acturus enim ad Palinodiam (1) probare debet non modo id quod fundamentum suæ intentionis est L. 2. ff. de probat, sed etiam ipsius qualitatem; Ideoque & injuriam verbis illatam sibi, & locum & tempus illatae injuriae probare tenetur L. 7. pr. & §. 4. ff. de injur. idque libello inserere, in tantum, ut hisce omisis libellus non sit validus,

lidus, etiam parte non opponente hunc defectum Gail.
lib. i. obs. 46. n. 9. Carpz. p. 2. qu. 95. n. 35. Hinc recte in Camera Imperiali ad obtinendam citationem contra injuriantem requiritur in supplici libello exprimere annum, mensem & locum illatæ injuriæ, cum Demonstratione confinium illius loci, teste Gail. *lib. I. Obs. 46. n. 4. § seqq.*

§. IV.

Quod ut eo melius percipiatur, liceat formulam libelli ad Palinodiam hic subjungere.

P.P. Es saget Titia Klägerin Fürstlich welcher gesült Me-
 vius Beklagter am 16. passato des ißtlauffenden Jahres / in ei-
 ner starken Compagnie von Frauenzimmer und Manns-Pers-
 sonen / so bey Cajo versamlet gewesen / ganz leichtfertiger Weise
 sich unterstanden / sich nicht allein gegen Klägerin mit tappen und
 greissen so aufzuführen / als niemand bey einem honetten und
 ehrlichen Frauenzimmer zu thun gebühret / sondern auch nachdem
 sie ihm sein unternehmen verriessen / und seinen bösen Verfaß nicht
 billigen wollen / sie ein gar ehrlich Frauenzimmer / so wohl ihr Es-
 ge kein Mannsfleisch gekostet / ferner gar eine Hure / so alle Messen
 besuchte / der gleichen nicht im ganzen Römischen Reich wäre / zu
 heißen / auch diese boßhaftte Worte anzuhängen: Es hielete sie jex-
 derman dafür / und wiese es auch ihr Wesen deutlich aus / denn sie
 von ihren Mitteln und Arbeit einen solchen Staat nicht machen
 könnte; wie sie thäte / wenn sie nicht die Kauffdienner in N. an sich
 hätte / so ihr alles zuschleppten; und also dadurch Klägerin an ihren
 Ehrlichen Nahmen und Leumuth / so viel an ihm gewesen / zu krän-
 kten; welche grobe injurien ihr denn in beysehen / so vieler ehrlichen
 Leute ganz beschwerlich und unleidlich fürgefallen / wie sie denn
 auch aufs heftigste dieselbe ihr zu gemüthe gezogen (hoc enim
 fieri debere patet ex §. 12. *Inst. de Injur. & L. II. §. 1. ff. cod.*)
 Weil denn nun solche Schmähworte nicht allein Göttlichen / son-
 dern auch den natürlichen und beschriebenen Rechten zumider und
 bey schwerer Straffe verbothen / Klägerin auch über das ihre Ehre
 und

und Réputation als das edelste Kleynod höchstes Vermögens zu vertreten pflichtig; als fodert sie von Beklagten deutliche Antwort und bittet nach deren Erfolg in Rechten zu erkennen und auszusprechen.

Das beklagter Klägerin hieran zu viel gehan/ destwegen er derselben einen öffentlichen Wiederruff vor Gerichte zu thun/ und die verursachten Gerichts-Kosten zu erstatten schuldig sey.

Desuper implorando. &c.

§. V.

Cogitur (2) probare alterius animum malitiosum, licet enim hoc ex ejusmodi verbis injuriosis præsumatur, donec contrarium probetur à reo, & præsumptio illa Auctoris aliis præsumptionibus elidatur, Wesenb. in π. ff. tit. de injur. n. 8. L. 5. C. b. t. § ibi. Gloss. arg. c. i. X. de præsumt. Clarus lib. 5. sentent. §. injuryia n. 12. Gail. lib. 2. Obj. 106. n. 1. Berlich. p. 5. Concl. 60. n. 3. § 4. Mascard. de probat Concl. 902. ad illam tamen fortiorum præsumptionem excluendam non plenæ requiruntur probationes, sed sufficiunt conjecturæ Farinac. in oper. crim. p. 3. quest. 105. n. 121. Carpz. pr. crim. p. 2. qu. 97. n. 5. Berlich. p. 5. Concl. 60. n. 9. ad colum enim probandum perspicua requiruntur indicia L. 6. C. de dolo, perspicua vero non manent, cum adsunt contrariæ conjecturæ, quæ certe in injuriis non desunt, communiter enim illæ animo irato, & ex lubricitate linguae, non satis ponderatis ac per pensis verbis proferri solent, ut ita non facile sit probare animum & proærefin injuriandi.

§. VI.

Ideoque Judex in dubio constitutus, magis pronus esse debet ad absolutionem, quam ad condemnationem per. L. 125. ff. de R. J. L. Arrianus 47. ff. de O. § A. si enim præ-

præsumptiones & conjecturæ quædam pro injuriante, ac nihilominus præsumptiones contra injuriantem adfint, tunc Dd. rem totam committunt judicis arbitrio, qui æstimare debet, an juramentum purgationis reo, si scil. persona honesta & non levius sit, deferre velit, ut nimirum juret se verba non protulisse animo lædendi alterum; Innocentia enim cum in animo consistat, juramento potest probari. Gail. lib. 2. Obf. 106. Carpz. p. 4. Conſt. 42. Def. 9. Sutholt. Differt. 16. n. 57. Berlich. p. 5. Concl. 60. n. 13. Lau-terb. in cit. Differt. tb. 16.

§. VII.

Sunt præterea adhuc remedia, quibus evitari potest palinodia. Si enim reus conventus ante litem contestatam sua sponte declareret se ex iracundia ita locutum esse, non vero animo injuriandi, seque ab auctore nihil quicquam, quod contra honesti viri officium commissum sit, scire, ac de eodem quoque nil nisi quod bonum ac honestum loqui ac sentire posse, locum Palinodiæ non esse, docet Carpz. p. 2. qu. 97. n. 12. per ejusmodi enim declaracionem tolli & causam injuriarum, & consequenter actionem atque condemnationem, probat L. si non Convicci 5. ubi Bald. Salycet. & Dd. C. de injur. Felin. in c. dilecti 8. X. n. 6. de Except.

§. VIII.

Habet vero dicta declaratio certa requisita, quæ ad evitandam Palinodiæ præcise, & quidem conjunctim concurrere debent. (1) enim requiritur, ut declaratio fiat ante litem contestatam, postea non admittit tradit Finckelthaus Obf. 50. n. 13. seqq. Carpz. p. 2. quæft. 97. n. 17. (2) ab injuriato in propria persona, non per procuratorem Berlich. p. 5. concl. 62. n. 34. & quod, si forte illam de-

D
clar-

clarationem in actis jam faciendam curaverit, ab injuriante repeti debeat, Finckelthaus d. obf. 50. n. 20. (3) in iudicio vel alio loco publico Berlich. d. Concl. 62. n. 33. (4) Parte injuriata si ea velit, praesente Finckelthaus d. L. n. 20. Addunt quidam duo adhuc requisita (5) nempe ut injuria non sint atroces; sed non video rationem hujus requisiti, si enim injuria non sint atroces nequidem ad Palinodiam agi poterit, prout superius §. 10. cap. praeced demonstratum, cum huic actioni tantum locus sit in iuriis atrocibus (6) ut actor ejusmodi declaratione contentus sit. Verum & hoc requisitum nulla nititur ratione. Numne sententia ferenda ex voluntate & arbitrio actoris, num secundum jus & æquitatem? Si prius verum, quales erunt quoſo sententiæ in iudicii? sequetur exinde si actor petat ad suspendium ob injurias sibi illatas condemnari reum, reum suspendio esse plectendum. Si vero jus & æquitas observanda, judex non minus juste quam pie ad acceptandam declarationem auctorem instigat, vel etiam reum ad depreciationem condemnat. Nec habet injuriatus, de quo conqueri possit, cum ante litis contestationem ei nondum fuerit jus quæsumum, quidni ergo per declarationem ipsi satisfieri posset? Cagnol. ad L. quicquid calore 48. n. 13. ff. de R. I.

§. IX.

Imo consequitur etiam per depreciationem actor idem quod per palinodiam, nec damnum aliquod patitur, rei vero existimationi nullum periculum infertur, hinc eti dissentiatur auctor, cum malitia hominum indulgendum non sit L. 38. ff. de R. V. judex tamen reum à palinodia absolvere potest. Accedit quod iuriis certa Legibus non sit constituta poena, cum in circumstantiis infinitis

nitis modis differant, & hinc arbitrio judicis relicta; cuius in hac est potestas, ut non opus habeat juxta petitum actoris pronunciare, sed ab eo discedere queat, alia eaque leviori pæna inflicta. Cothman *Reſp.* 16. n. 99. & seqq.
Vol. I. commendatur enim judicij semper æquitas
L. 4. in f. ff. de eo quod cert. loc. etiamſi jus ſcriptum adſit
arg. L. placuit 8. C. de Judic. religioquē judicij semper ob oculos
 esse debet, memor verborum glossæ *ad artic. 30 spec. sax.*
 quæ cuiquā tribunali aureis literis merito effent inſerenda: *HOC IPSO MOMENTO QUO JUDEX JUDICAT A DEO IPSE MET JUDICATUR,* & hinc nec ad desiderium alicujus vindictæ cupidi reum ad Palinodium ſemper condemnabit.

§. X.

Secundum remedium eſt, ſi injuriants injuriatum retoriffe, probare poſſit, cum enim paria delicta mutua compensatione tollantur, nec locum habebit Palinodia, jam vero fortis & magna eſt præſumtio injuriatum ad injurias, ut Salvator noſter, non tacere, animum enim oportet eſſe valde ſingularem ac patientem, qui injurias illatas placido ore ac vultu audire poſſit, nihil regerendo, quam præſumptionem, ut & omnes, circumſtantias, quarum minima non equidem jus, ut alias faſe dici ſolet, applicationem tam eniſi variat, iudici probe animadvertere incubit.

§. XI.

Ultimum denique quo evitari poſteſt palinodia, eſt ſi veritas objecti criminis probari poſſit, Illustris Dn. Stryk. in *Not. ad Lauterb.* p. 995. Ubi enim verum injuriants dixerit, ibi illud revocari nequit ut ſuperius *cap. pre-ced. §. 13.* diximus. Frequentata hic eſt in Saxonia exceptio veritatis, ſuper qua etiam delatio juramenti ad-

D 2

mit-

mittitur, e.g. ut juret injuriatus, se nunquam stuprum vel furtum commisisse. Contra quam praxin iniquam tamen replicæ loco adhibenda est cautela, ut actor urgeat sibi exprimi tempus, quo tale delictum commisum, ut posit probatione contraria liberare conscientiam, quo casu si deferens juramentum diem ex primere nequeat, corruit juramenti delatio.

§. XII.

Ex his omnibus jam sole meridiano clarius patet, usum actionis ad Palinodiam esse exiguum; Aut enim injuriatus crimen objectum perpetravit, aut injuriam retorsit, aut nihil tale quid commisit, quibus prioribus casibus judex reo palinodiam dictere nequit, posteriori vero ab ea se liberare poterit reus, ad declarationem honoris ante litem contestatam, se offerens, quod profecto non negliget, si videat ipsum falsa dixisse.

§. XIII.

Sed audio quosdam non sine ratione nobis objecere: si Palinodia per declarationem honoris ante litis contestationem factam evitari potest, nemo liber erit ab injuriis & malitiis horum nebulorum, qui ejusmodi nequitiis delestantur, qui, scientes se liberari, si ante litem contestaram dicant, se nihil de auctore, quod contra boni viri officium commissum sit, scire, ad declarationem honoris se offerent. Ad hanc objectionem enim respondemus, per ejusmodi declarationem honoris equidem satisfactum esse parti læsæ, pœnam vero minime hoc ipso esse exclusam; Notum enim est, etiamsi auctor ad palinodiam agat, posse tamen criminalem actionem nem

nem cum palinodia cumulari, cum tendant ad diversa,
 & palinodia privatum saltem concernat interesse, sive
 jus partis, puta famæ & existimationis restitutionem,
 criminalis actio vero publicam satisfactionem; quidni
 etiam hoc casu, si reus declarationem honoris injuriato
 fecerit, vel pœna pecuniaria fisco applicanda, vel pœna
 corporis afflictiva affici posset, prout videmus practicari
 in pœna duplici diversum effectum concernente, qua-
 rum una alteram non consumit. Maranth. *in Specul.*
part. 4 distinct. l. n. 20.

§. XIV.

Nec ad rem quicquam facit quod in Saxonia pœna
 criminalis cum rei persecutoria cumulari nequeat, cum
 in foro Saxonico nemo simul ad pœnam sanguinis, & re-
 stitutionem damni condemnari possit *vid. Constit. Elect.*
12. p. 4. Aliud enim obtinet in Palinodia, ut patet *ex Constit. Elect.* *42. p. 4.* ubi diserte dicitur: Darüber und dar-
 neben soll auch solcher mutwilliger Schänder und injuriant
 willkürlich mit einer hohen Geld-Buße/ mit Gefängnis oder
 zeitlicher Verweisung gestrafft/ oder auch nach Gelegenheit der
 Personen/ der Zeit/ der Dörfer/ und anderer Umstände mit
 Stauen-Schlägen des Landes ewig verwiesen werden.
 add. *Mev. p. 3. decif. 33.* actionem itamen aestimatoriam
 cum palinodia cumulari non posse, libenter concedimus, quod & videre licet ex rescripto Electorali hac de
 re Scabinis anno 1637. insinuato, quod exhibit Carpz.
p. 4. Conf. 42. post def. 16. Si igitur licet actionem ad palin-
 nodiam cumulare cum remedio criminali, quidni licebit
 iudici præter declarationem honoris à reo ante item
 contestatem factam, injurianti injungere gravem pœ-
 nam.

D 3

nam. Abstinebunt itaque à conviciis & injuriis homines malitiosi, etiam si sciant eo modo, prout diximus, evitari posse palinodiam, nec in hac refugium malitiæ quædere poterunt, cum ipsis metuenda insuper sit alia poena, quæ durior & gravior ipsa palinodia esse potest. Quibus probe perspectis, objectio ilia optime removeri potest.

§. XV.

Hæc sunt L. B. quæ impræsentiarum de Usu exiguo actionis ad palinodiam differere voluimus, si illa judicio tuo minus recta videantur, scias, nos hac differentiatione nemini libertatem sentiendi quid velit, adimere, sed tantum quid nos sentiamus, publico nota facere voluisse. Tibi vero summe Deus pro concessis viribus grates submissa veneratione agimus, sis porro clementissimus laborum nostrorum moderator ac arbiter, quo exinde optatus reportetur finis.



Co-

COROLLARIA.

I.

Omnis obligatio oritur ex lege,

II.

Sponsalia priora præferenda posterioribus, licet ad posteriora copula carnalis, & benedictio sacerdotalis accesserit.

III.

Filius exheredari nequit, si patre invito matrimonium contraxerit.

IV.

Etiam si meretricem duxerit.

V.

Etsi venditor ante traditionem adhuc sit Dominus, periculum tamen & commodum rei venditæ pertinet ad Emptorem.

VI.

Maritus non habet usum fructum rerum dotatum.

VII.

Clausula Codicillaris vitia testamenti non sanat.

VIII.

Per emancipationem hodie quoque status mutatur in deterius.

SIc decet egregias coluisse fide-
liter artes,
Et sacris Themidos invigilasse
libris.
Sunt certi fructus quales industria
monstrat,
Perge, labor cœptus præmia di-
gna feret.

*Hæc Nobiliss. Dn. Respondenti adjicere
voluit*

SAMUEL STRYKIUS, JC.



IN Campis justo certans augetur honore,
In studiis pariter surgit & altus honos
Hunc tua M A R T I N I diligentia summa me-
retur,
Hunc tibi Justitia juraque certe dabunt.

*gratulabundus
scrib.*

etiam exponit
Jo. SAMUEL STRYKIUS, JC.

EGregium specimen perfecto
pectore grator,
Quod munus studii, Fautor, testa-
tur acerbi;
Sed dabis incrementa magis studi-
isque tuismet:
Sic honor eximius Te olim decora-
bit ubique.

*Hicce Dr. Respondenti, non familia magis, quam
eruditione, omniq[ue] virtutum genere Nobis-
tissimo, de presenti specimine gratulatur*

**ANDR. GÖTSCHE, D.
& P. P.**

QVi sibi duntaxat sapiunt non sunt sapi-
entes
Et iuri frustra tempora sua locant.
Tu certas aliter, quin contra fentis, amice,
Gratulor, & quæuis sic Tibi fausta precor.

*Hicce acclamabat Doctissimo
Respondenti*

**Justus Henningus Böhmer/
D.P.P. & Facult. Jurid. Assessor.**

E

No-

NOBILISSIMO
DN. RESPONDENTI

S. D.

PRÆSES.

Ita decet Nobilissime MARTINI, in obscuo diligentia ac labore assiduo acquisitam eruditionem publico aliquo specimine monstrare. Est hæc natura diligentium Themidos Cultorum, ut instar apum in academiis summa cura ea colligant, quæ ad conficiendum mel sapientiæ & gloriæ inservire aliquando queant. Ponit mihi modestia tua limites, multaque in laudem tuam adjicere vetat, non tamen prætermittere possum, quin diligentia tue publicum hoc quasi testimonium tribuam. Tractasti per integrum annum

in-

indefesso studio studium juris, &
non tantum Collegiis meis; quæ ad
Magnifici Dn. Hoppii Examen In-
stitutionum habita, bis interfueristi,
& in præsenti Struviano diligen-
tem ac cupidum te exhibuisti Audi-
rem, sed etiam Virorum in hac Aca-
demia celeberrimorum Sapientiæ
doctrinas sedulo animo audivisti,
ut jam publice in Cathedra te siste-
re possis. Gratulor igitur his au-
sis, gratulor imprimis Nobilissimo
Consultissimoque, Domino Parenti
de filio MARTINI Nomine digno,
in quo spes non defutura est ipsum
gloriam familiæ suæ conservatu-
rum. Tu vero Nobilissime Domi-
ne MARTINI p̄rge qua cœpisti via,
& tibi non deerit certum virtutis
præmium gloria. Dabam in Illustri
Fridericiana A.O.R. 1708. d. 16.
Septembr.

E 2

Es

DS rühmen viele sich / in kurzen zu er-
weisen

Wie Sie durch Wiz und Fleiß der
Weisheit Meister seyn/
Alleine eisler Ruhm! wer wil den Wei-
se preisen

Bey welchem weiter nichts / als dessen
blosser Schein
Er weiß mein Wertheister sich anders auf zu-
führen

Er ist ein wahrer Feind der grossen Pralerey/
Er rühmt sich nichts / und lässt sich in der That
verspüren

Das Er das Recht studirt, und ein Gelehr-
ter sey/
Er legt hier Proben ab/ erzeigt die Weisheit
Gaben

So Er verschwiegen hat in seine Brust
gehegt/
Gott wol Ihn ferner weit in seinen Segen haben
Und geben daß kein Sturm / des Neides
Ihn zerschlägt.

Glückwunschend setzt dieses den
Domino Respondenti

T. H. Schützel
Advocat. Reg.
Sang.

Sangvine MARTINI Doctrina & nomine clari
Nate, sub obscuris sperne latere locis:
Non sylvestre & enim germen Naturabenigna
Progenerat, fortem neve columba aquilam.
Sic nec dissimilem Patris quoque patria virtus
Te genuit, Recti qui revelavit iter.
Hicce tuus Genitor veri est non sordidus Autor,
Sorduit haud proles quam æmula virtus agit.
Pærsidium pressis præfersus insigne futurum
O pro sollicitis non taciture reis!
Obtineas præcor hoc patrium, Tutela Themistæ,
Justitiæ ingenio mitte latere tuo.
Concio Doctorum Martinum noscet, & optat
Haud fastiditis annumerare viris.
Hunc Doctrina parer, patrio dicatur ut cœvo
Et columnen rerum grande decusque reum;
*Hec sincero amoris affectu
scribebat*

JOH. MARTIN TEUCHHART,
Sacr. Cæs. Majestat. autoritat. Not. publ. jural.
& utriusque juris pract.

Haud immérito
Venerandi docta alacriter sequentem
Vestigia Patris non iniqua persequitur eudoxia;
Satius puto
Pereximum pariter ac Doctum
Juris utriusque Candidatum

MARTINI.

Aurea aurora ingenua ad studia excitatum,
E 3 Sero-

Serotino nunquam hespero fatigatum,
Ad erudite disputantium jamiam numerum cooptatum
Hinc.

Maxime Docti orta parentis spes oritur firma,
Magnifici Patris Fratris, qui est Fratrum Decus,
Amica augetur gratia.

Totiusque antiqua familiæ fama graditur per orbem!

Ergo

Immutabilis ac sapiens ille Deus
Studiis jam benedictis benedictionem
Largiatur largiter continuam,
Sapientiæ æque ac justitiæ rivulis
Mentem rite riget,
Corporis minime validi pīs optatam
Precibus sanitatem firmiter firmet!

Paucis.

Tota vitæ famæque actio in summi directa
Sit honorem,
Patris, Patriæque splendorem,
Suppressi proximi candorem!

Candido ex animo hæc adjecta voluit
Respondentis amicus ac hospes

Iohannes Lappius
Scholæ Neoforenſis Rector.



MARTINI Fama & magna
& stirps inclyta floret,
Actio

*Actio jam vere testatur gnatus &
ipse*

*Ergo adsit felix cæptis his numen
ab alto!*

*Maxima quo surgat tibi laus ac de-
bita fama.*

Ludovicus Renaudt/
Iesu. Anhaltinus.

A Mulus ut Patris , clarâ du-
trice Themiste,
Ingenii primò das documenta
Tui.

Te curâ, video, tractasse volumina
Juris,

Etsi te pressit sœpe dolore ma-
lum.

Me tua cœpta movent! es respon-
dere paratus ,

Dum

Dum nitet exemplo culta ca-
thedra tuo.

Addo tuis cœptis mea vota fla-
grantia, Numen

Concedat Musæ strenua mem-
bra Tuæ.

In gratulationis πειτύριον; in Amoris fraterni
μαρτήριον hanc όλοψύχως depromebat
Respondenti suo Fratri
dulcissimo

Chr. Fridemannus Martini,
SS. Th. & Phil. Stud.



Halle, Diss., 1708 A-8

f

56.

ULB Halle
004 530 837

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

24. DISSERTATIO JURIDICA
DE
USU EXIGUO
ACTIONIS AD
PALINODIAM,

Quam

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO, AC DUCATUS MAGDEB.
GUBERNATORE, RELIQUA
CONSENTIENTE ILLUSTRI FCTORUM ORDINE,
PRÆSIDE

DN. JOHANNE GOTTLIEB
BECKERO,
JURIS UTRIUSQUE DOCTORE,
Fautore ac Præceptore suo venerando

IN AUDITORIO MAJORI
d. Septembr. A. O. R. MDCCVIII.
Horis antemeridianis

Publico Eruditorum Judicio submittit

JOHANNES EHRENFRIED MARTINI,
Grunh. Misn.

HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYF.

